

quævis terra atque regio suas naturales  
divitias noscat, inque usum vocet.

Magnæ enim sunt Naturæ divitiæ,  
quamvis plurimum adhuc absconditæ, &  
incolis ignotæ. Talem, divitiarum suarum  
ignorationem in conterraneis suis, hæc  
cum expressione deplorat Encelius: O Pa-  
tria dilectissima, si tuas divitias nosceres!  
& idem Autor Lib. III. de Re Metallica,  
cum Misniæ urbis incolæ, jaspide spadiceo  
pro silicæ, ad eliciendum ignem, uterentur,  
exclamabat: O sancta simplicitas Germa-  
norum. Ex eadem causa, nempe mine-  
ralia & fossilia cognoscendi distinguendi-  
que inscitia, germanicum illud Metallico-  
rum proverbium ortum est: Man wirfft  
offte einen Stein nach einer Ruh / da  
der Stein mehr werth ist / als die Ruh.

Sed quorsum vagor? video enim me  
præfationis limites transire: quare hic sub-  
sisto, ad agrum nostrum me converto,  
& de libelli hujus ratione quædam **TIBI**  
mone-